

Venerabili Fratri Nostro
GAUDENTIO B. S.R.E. Cardinali ROSALES
Archiepiscopo olim Metropolitae Manilensi

Argumentum novae evangelizationis quod omnibus christifidelibus proponere volumus singulare omnino Nostri pontificatus constituit elementum peculiaremque toti Ecclesiæ dat occasionem ut altiore usque modo suam missionem explendam consideret. Libentes etiam omnia Episcoporum in orbe incepta ad diffusionem Evangelii perficienda inspiciamus eaque precibus Nostris prosequimur.

Laeto gratoque igitur animo accepimus proximo mense Novembri in Vietnamia X Congressionem Plenariam Foederationis Conferentiarum Episcopaliū Asiae celebratum iri, quae XL ante annos est condita, in qua sacri Pastores de “Evangelizatione – Inculturatione – Dialogo in Asia” loquentur, populorum istius continentis spiritale iter variis sub aspectibus perscrutantes.

Cum de eventu magni momenti agatur, Venerabiles Fratres Nostri S.R.E. Cardinales Ioannes Baptista Pham Minh Mân, Archiepiscopus Hochiminhopolitanus, et Osvaldus Gracias, Archiepiscopus Bombayensii atque iam dictae Foederationis Secretarius generalis, humanissime rogaverunt ut Nos quendam insignem Purpuratum designarem qui Congressionem participaret atque verba spiritualis cohortationis pronuntiaret. Piae huic postulationi adnuere volentes, ad Te, Venerabilis Frater Noster, decurrimus qui, praestantissimus Philippinarum filius, quaestionum Asiaticarum diligens et notus es perscrutator. Hisce denique Litteris **MISSUM EXTRAORDINARIUM NOSTRUM** Te nominamus ad X Congressionem Plenariam Foederationis Conferentiarum Episcopaliū Asiae quae a die XI ad diem XVI proximi mensis Decembris apud Pastorale Institutum Dioecesis Xuanlocensis (Xuân Lôc Diocese Pastoral Centre) perficietur quaeque in cathedrali aede Hochiminhopolitana sollemni modo concludetur.

Nostras vices illic agens, sacris Pastoribus et per eos dilectis Asiae fidelibus Nostram caritatem palam manifestabis, quos omnes ad diligentiore usque Christi imitationem cohortaberis: oportet enim ut novis viribus novoque studio peculiarem dilectionem Christi, Ecclesiae et Evangelii demonstrant atque, fidei virtute ardentes, cultum humanum propagent nec non dialogum inter populos diligenter prosequantur. Nos autem Te, Venerabilis Frater Noster, in tua missione implenda precibus ferventer comitabimur. Denique Benedictionem Nostram Apostolicam libentes Tibi impertimur, signum Nostrae erga Te benevolentiae et caelestium donorum pignus, quam omnibus Congressionis participibus rite transmittes.

Ex Aedibus Vaticanis, die XXIV mensis Octobris, anno MMXII, Pontificatus Nostri octavo.

Benedictus PP XVI

To Our Venerable Brother
Gaudencio B. Rosales, Cardinal of the Holy Roman Church
Former Metropolitan Archbishop of Manila

The subject of the New Evangelization, which we propose to all the faithful, defines in a singular way an aspect of Our Pontificate and offers to the entire Church a special occasion to reflect on how to fulfill her mission with still greater attention. We note gladly all the initiatives being undertaken by the Bishops throughout the world in order to disseminate the Gospel: We accompany these initiatives with Our Prayers.

It was thus with joyful and grateful heart that we have learned that in the coming month of December, the 10th Plenary Congress of the Federation of Asian Bishops' Conferences will be held in Vietnam on the occasion of the Federation's establishment forty years ago. In that Congress, the Bishops will treat the subject of "Evangelization, Inculturation and Dialogue in Asia", while they examine the spiritual journey of the peoples of this continent under various aspects.

Given the importance of the event, Our Venerable Brothers John Baptist Cardinal Pham Minh Man, Archbishop of Ho Chi Minh, and Oswald Cardinal Gracias, Archbishop of Bombay and the Federation's Secretary General, have graciously requested that We designate an illustrious Cardinal to participate in the Congress and deliver words of spiritual encouragement. Willingly assenting to this request We hasten to approach you, Our Venerable Brother, son of the Philippines, who live in and have known Asia.

Hence, with this letter we name you as **OUR EXTRAORDINARY DELEGATE** to the 10th Plenary Congress of the Federation of Asian Bishops' Conferences, which will be held from the 10th to the 16th of the month of December at the Xuan Loc Diocese Pastoral Centre, and will be concluded solemnly in the Cathedral of Ho Chi Minh.

In that Congress you will represent Us and openly express Our charity to the Bishops and through them to the beloved faithful of Asia, whom you will exhort to a more assiduous imitation of Christ. It is their duty to manifest by their renewed strength and zeal the love of Christ, the Church and the Gospel. Burning with the virtue of faith, they should foster human culture and diligently pursue dialogue among peoples. On Our part, We shall accompany you, Our Venerable Brother, in the fulfilment of your mission. Lastly, We gladly impart Our Apostolic Blessing upon you: it is a sign of Our Benevolence toward you and a pledge of heavenly gifts, which you will convey to all the participants of the Congress.

From the Vatican City, on the 24th day of the month of October 2012, the eight year of Our Pontificate.

Benedictus PP XVI